

CONSILIORVM

sive Responforum Iuris,

D. IOANNIS CEPHALI
FERRARIENSIS, IVRECONSULTI
MAXIME CLARI ATQ. ILLVSTRIS;

IN NOBILISSIMO GYMNASIO PATAVINO
*vespertinae Lectionum interpretis summi,
ac primarii,*

Liber Secundus.

OPVS ERVDITISSIMVM, ET OMNIBVS,
praesertim forum agentibus, perutile,
ac necessarium.



Cum Summariis, & Indice copioso plane & locupletis.



PISAVRI

Apud Hieronymum Concordiam. M D LXXI.

MO
ILLVSTRISS. ATQ. EXCELLEN. MO
FERRARIENSIVM
PRINCIPI

ALFONSO ATESTINO

SECONDO.

Ioannes Cephalus S.



*E*bebam equidem Illustrissime Princeps, cum superioribus annis primum Consiliorum meorum volumen in lucem edidi, te mihi unum proponere, cuius nominis splendore illustratum illud in publicum prodire posset. Id enim exposulabat tum mea erga te naturalis quaedam ac pene incredibilis observantia, tuis in me precipue summis, atque innumerabilibus beneficiis aucta, tum etiam patria ipsa de me optime merita. quae, cum illud à me quasi suo iure repetere videretur, satis me illi facturum existimassem, si tibi in ea tam feliciter imperanti, studiorum meorum primitias obtulissem: me tamen ingenii mei vires non satis adhuc mihi perspecta, ab instituto revocare potuerunt. Nam quid ego tunc facerem, aut quid de me ipso pollicerer, fallax, ut plurimum, & maxime in re propria periculosum iudicium esse solet: quod si vel temporis beneficio, vel prudentis censura castigatum non fuerit, fallere potius, atque blandiri, quam rectè sentire consuevit. Cum enim te Principem omni parte eminentissimum viderem, belli, pacisque artibus ad summum iam virtutis & gloriae fastigium peruenisse; indignum fore iudicavi, si quod tui nominis praesidio frueretur, id etiam tua virtuti aliqua saltem ex parte respondere non posset. Quare prius aliorum consilia experiri, quam proprio considerare placuit, ut inde mihi certissimam legem ad novum hunc laborem meum rectius aestimandum proponerem. quem cum ego postea ab omnibus non solum maximo desiderio exoptari, sed summis etiam precibus efflagitari viderem, factum est, ut secundas hasce meas vigilias, non usque adeò tui nominis indignas fore, satis mihi persuadere potuerit frequens haec bonorum omnium consensus. Qua quidem in re (cum nihil omnino sit tam decorum, quod ex omni parte tuae virtuti comparari valeat) si tanti forte Principis dignitatem offendero, vel auctoritate abusus fuero, illud spero tutissimum mihi fore praesidium, si omnes

4 2 intel-

IOANNIS CEPHALI FERRARIENSIS,

Præstantissimi, celeberrimique Jurisconsulti Consiliorum
sive Responsorum.

LIBER SECVNDVS

PRO REVERENDO D. LEONELLO
de Portus Ferrariensi.

ARGVMENTVM Consil. CLI.

Quæstio illa perplexa, an clericus succedat in feudo, ac quando illius capax, incapax sit, iuristice declaratur. Et quando ad feudum femina possit admitti, quadam pulchra distinctione probe admodum ostenditur. Non pauca etiam vilia, acque necessaria in feudorum materia considerantur.

SVMMARYM.

- 1 Clericus est incapax feudi.
- 2 Monachus non est feudi capax.
- 3 Feudum non transit in monasterium.
- 4 Miles dei desinit esse miles seculi.
- 5 Clericus prohibetur pugnare.
- 6 Clericorum arma, sunt orationes.
- 7 Retentio est favorabilior, quàm acquisitio.
- 8 Iuramentum fidelitatis est principale, præstatio vero annua est accessoria.
- 9 Feudum quando transeat in Ecclesiam.
- 10 Vasallus proprie quis sit.
- 11 Clericus quando succedat in feudo.
- 12 Feuda proprie quæ sint.
- 13 Femina quando non succedat in feudo.
- 14 Vasallus ob non solutionem quando non priuatur.
- 15 Feudum francum transit in ecclesiam.
- 16 Femina non succedit in feudo recte, pure, simpliciter, & indeterminate concessio.
- 17 Statutum debet aliquid operari ultra ius cõe.
- 18 Patruus dicitur ascendens.
- 19 Ascendentes descendenti non succedunt in feudo.
- 20 Clericus succedit in feudo conditionato.
- 21 Clericus quando sit feudi incapax.
- 22 Femina quando admittatur ad feudum, per distinctionem trium casuum late discutitur.
- 23 Inclusio vnius est alterius exclusio.
- 24 Vasallus dicitur semper obligatus ad ea, quæ continentur in capitulis fidelitatis.
- 25 Vasallus non tenetur esse in pugna cum domino.
- 26 Vasallus debet esse constans & secretus.
- 27 Rationem vnam militare, satis est, alia licet cessent.
- 28 Clericus & mulier in quo æquiparentur.

- 29 Feudum, si concedatur, nulla facta mentione seruitus, nullam seruitutem debetur.
- 30 Feudum nullum est francum a fidelitate, nisi excipiat.
- 31 Conditiones extrinsecæ non censentur expressæ, nisi specificentur.
- 32 Iuramentum vasalli quæ contineat.
- 33 Seruitium quando non sit de natura feudi.
- 34 Feudi natura quando intelligatur mutata.
- 35 Clerici non minus quam laici sunt successionis capaces.
- 36 Successio clericatui non repugnat.
- 37 Iura excludentia clericum sunt stricte interpretanda.
- 38 Dispositio exorbitans loquens in casu simplici, non comprehendit militem.
- 39 Feudum quando sit, & quando contractus censuales.
- 40 Feudali consuetudine cessante, succedit dispositio iuris civilis.
- 41 Clericus potest seruire per substitutionem.
- 42 Industria personæ quando non dicatur electa.
- 43 Feudum paternum transit, etiã in monasterium.
- 44 Remissum censetur, quod ex longissimo tempore non fuit præstitum.
- 45 Dispositio est interpretanda secundum solitum.
- 46 Iuramentum fidelitatis quale sit, & quale asscuritatis.
- 47 Feudo non conuenit solutio annua.
- 48 Iura sanguinis non transeunt in monasterium.
- 49 Cap. primum de non form. fidel. declaratur.
- 50 Vasallus potest soluere hostenditias, & non ire ad pugnam.
- 51 Cynus in aucten. Ingressi. C. de sacrosanc. eccle. declaratur.

I O A N . C E P H A L I

- 52 *Andr. Barbat. in rub. de feud. declaratur.*
- 53 *Bald. in cap. si. col. 1. de causa poss. & propr. de claratur.*
- 54 *Cap. primum, Episcopo, vel Abb. qua casu pro cedat.*
- 55 *Alex. consil. 9. declaratur.*
- 56 *Vasallus ob non solutionem quando non priuetur feudo.*
- 57 *Bald. in l. si plures de cond. insert. declaratur.*
- 58 *Famina non succedit in feudo recto.*
- 59 *Statutum Ferraris prohibens religiosos retine re feuda, declaratur.*
- 60 *Dispositio cessat, vbi verba non conveniunt.*
- 61 *Casus omissus remanet sub dispositione auctoris committitur.*
- 62 *Statutum debet intelligi in casu vero.*
- 63 *Cap. primum de nativ. success. feud. declaratur.*

MAXIMO DEO AVCTORE.



DEUS EST BOSIUS de fortis, relicta Ren-
nendo Domino Leo-
nello Clerico eius Pa-
truo, & quodam pa-
trule. Queritur, ad
feudum, quod tenebat
Bosius, ut sit pater-
rendus, patris, an
vero patruelis? Et hic
anteponendus prima
1 fronte videbitur, cum patruus sit clericus, qui
feudi videtur incapax *Cap. qui clericus, si fe feud.*
fuerit contr. inter d. & igit. ei primus an m. vel
altas imp. & in c. 1. §. de hoc de benef. semi. & in c. 1.
1. de mil. vassal. qui arma bel. depo. glo. & Bald. in
1. C. de il. Lucas de pa. in l. nulli. C. de m. p. n. b.
lib. 10. & prater eos B. in l. si h. n. t. §. si de v. c. i.
galibus, col. 1. v. c. i. n. sed contra predicta, de
damno infec. Doct. omnes, quos plene citat Curt.
In de feud. q. c. char. 19. In consil. 113. ad fil. 1.
consil. 117. prima col. lib. 4. & dicit Ruin. in consil.
41. num. 9. lib. 1. quod hęc opinio contra clericum
2 videtur verior, & credior. † & idem dicit Do-
cto. de monacho in c. in presentia, de probat. in
3 aucten. ingressi, & in aucten. si qua mulier. C. de sac-
4 crofanc. eccle. † quia feudum non transit in mo-
5 nasterium. Idem Gozadi. consil. 16. numero 13.
6 & ratio est, vt dicitur in d. c. 1. in fin. de mil. vassal.
7 qui arm. bel. dep. † quia factus miles Dei, desinit ef-
se miles seculi; nec pertinet beneficium ad illam
qui non debet gerere officium. † Nam est pro-
hibitum monacho, & clerico pugnare per se, vel
per alium, vt dicit Arce. in d. c. in presentia, col. 6.
15. † sed ipsorum arma sunt orationes, & lachry-
mę, vt not. in c. ex multa, §. in de vot. Et si factus
clericus non potest feudum retinere, vt in d. iu-
ribus, maxime d. c. 1. de mil. vassal. qui arm. bel. de-
po. minus poterit illud acquirere. l. patre furioso
de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. conficiantur, §. si
post. de iur. cod. & c. quemadmodum, extra de in-
rejur. † cum retentio sit favorabilior, quam acqui-
silio. l. per retentionem, C. de vsur. Dec. in l. servus,
num. 10. C. de pact. & in l. non debet actoris, in re

obscura, de reg. iur.

Secundo, quia ob fidelitatis iuramentum cle-
ricus omnino videtur incapax, secundum Arce.
d. c. in presentia, col. 15. † & tunc quia iuramen-
tum fidelitatis in vasallo est principale, prestatio
autem est accessoria. ideo licet solutio, seu an-
nua prestatio sit prater naturam feudi, non pro-
pterea videtur mutare partem contractus, c. 1.
circa med. de feud. non hab. propr. nat. feud. Dec. in
c. testam. num. 8. de iud. & consil. 193. col. 3. Curt.
de feud. 1. part. q. 6. col. 6. & Paris. consil. 13. nu. 26.
vol. 1. & Arg. sequitur Felyn. ibidem col. 24. & seq.
nu. 88. & Paris. nu. 192. & clare Afflic. d. c. 1. col. 1.
4. de mil. vassal. qui arm. bel. depo. & in c. 1. §. 1. nu.
23. de benef. semi. vbi ait, ita in Consilio vidisse
obseruatum, & iudicatum idem in decisio. 320.
num. 9. & sequen. maxime col. 4. quod etiam exten-
dit ad clericum idem Afflic. in consil. errores. §. not.
char. 68. 2. par. & videtur de mente Cyn. in auct. in-
gressi, vbi col. q. pep. C. de sacrosanc. eccle. dum dicit,
† quod feudum, ex quo debetur seruitium reale,
transit in Ecclesiam, quia non est proprie feudum.
8 & allegat rub. de for. fid. nam ipse intelligit, † cum
proprie esse vasallum, qui astringitur ad ea, quę
traduntur in d. c. 1. & concessionem sibi facta, pro-
9 prie dici feudum, nec transire in Ecclesia. † Ideo
Barba. in rub. de feud. col. 20. inquit, clericum succe-
dere in feudo, si prestetur dumtaxat seruitium rea-
le, quia non est proprie feudum, sed contractus in
nominatus. Et sic sentit fecus esse, si prestaretur si-
delitatis iuramentum. & Bald. in c. si. col. 1. de cau-
10 pos. & prop. refert Ias. in praesud. feud. col. 5. vbi in-
11 quit, non probari feudum, licet pro concessio pri-
uilegio solgardi quid annuum; quia est census, nō
fidelitas; quod sentit idem Bah. in Libert. vlt. col.
12 21. † Dum dicit, feuda concessa pro annua quanti-
tate, non esse proprie feuda; & recipientes nō te-
neri prestare iuramentum fidelitatis. Et propte-
13 rea Alex. consil. 9. col. 2. lib. 5. infert, prestantes iu-
ramentum fidelitatis, ad ea teneri; ad que tenen-
tur veri vasalli. Et concludit, † si quis recipit
tale feudum conditionatum sub annuo censu pro
14 se & heredibus tam masculis, quam foeminis, &
ad sit iuramentum fidelitatis, non succedunt fo-
minę simul cum masculis, sed primo masculi, se-
cundum naturam veri feudi. c. 1. §. 1. Episcopo vel
Abb. & c. 1. §. filia, de success. seu. Et ibi col. 3. sub-
15 dit, † quod vbi fidelitas, & pensio est promissa,
vasallus non priuetur ob non solutionem, que
habetur pro causa impulsua; ita etiam residet Af-
flic. in d. §. sed nec alia, col. 1. vlt. qui opiniones
conciliat vltra alias concordantias traditas per
Ias. in praesud. seu. num. 20. & plene Bru. consil.
41. primo & secundo dubio, vbi differentiam con-
stituit, an pensio soluat causa honoris, vel co-
modi pecuniarij; hic igitur etiam vltra annuat pre-
stationem ad sit fidelitatis iuramentum, clericus vi-
detur incapax.

† Comprobantur predicta, quoniam feudum
francum transit in Ecclesiam, vt tenent Doctores
d. c. in presentia, & in clericum, vt per Doct. su-
pra citatos, quandoquidem sine fidelitate con-
cessum ex pacto, scilicet, quando est feudata pro-
prietas; & ex pacto omne dominium feudatario
est con-

quem ignorabat fidi esse indulgum. l. mater decedens. ff. de inoff. testa. l. nec is qui. §. ff. de acq. hered. & in §. sed nostra constitutio, vers. sin autem nescius, in h. de oblig. q. 12 et dilect. nascuntur. Bartolus. l. manifestissimis. §. c. C. de furt. & Ripa post glo. l. naturaliter. §. nihil com unne, nume. 149. ff. de acqu. pot. & alibi sepius. † praeferim, cum illi beneficio maritus non possit renunciare. l. alia. §.

eleganter. in fin. solut. matr. Non causantur igitur supradicta ex eo, quod maritus suo beneficio renunciauerit, sed quia fidi non competit, nisi quando conuenitur & grauatur, secus si ipse agat, uel peccat, quia retentio est saauabilior & honestior, quam peticio ex praedictis, reliqua suppleat iudicissimus & doctissimus D. Iudex.

Ioannes Cephalus Papiz legens.

Laus Deo & piissimae eius matri Mariae Virgini.

FINIS.



PISAURI

Apud Hieronimum Concordiam.

M D C C C